

8° Incun. 79.

*G. 15 h*

S-B.  
8° Inc. 79  
= S.B. 7

(Früher *W*: Einband)

- 1 = Hain \* 1274
- 2 n. b. H
- 3 = Hain \* 3982

Consalio regale

parisi magis regale

Solenne luna facta. Villero an luce  
Dum in area exaruerit gfestu  
pugge luna in acemta rapat  
exofa fenge canqz in granarum gfestu  
su gdra a rucantombz exi in noxia

In un. Cal. 79. 8<sup>o</sup>

**E**xpositio vel meditatio fratris hlerony-  
mi saouanole de feraria ordiſ sacri p̄dicato-  
rū in psalmū. In te dñe speraui: quā i vltimis  
dieb⁹ dū vite sue finē prestolaretur edidit.



**T**ristitia obsedit me: magno ⁊ forti exerci-  
tu vallauit me: occupauit cor meū clamo-  
ribus ⁊ armis: die noctuq; p̄tra me pugna-  
re nō cessat. Amici mei sunt in castris eius  
⁊ facti sunt mihi inimici. Quecunq; videoꝝ  
quecunq; audio vexilla tristitie deferunt: memoria ami-  
coruz me cōtristat: recordatio filioꝝ me affligit: conside-  
ratio clauſtri ⁊ celle me angit. Meditatio studiorum  
meorum dolore me afficit: cogitatio peccatorū me pre-  
mit. Sicut enim febre laborantibus omnia dulcia ama-  
ra videntur: ita mihi oīa in merorem et tristitiam con-  
uertūtur. Magnū profecto onus super cor tristitia hec;  
Venenum aspidum: pestis pernitiōsa murmurat cōtra  
deum: blasphemare non cessat: ad desperationem hortat̄.  
Infelix ego hō: quis me de manib⁹ ei⁹ sacrilegis libera-  
bit: Si oīa que video ⁊ audio vexilla sequuntur ⁊ forti-  
ter contra me pugnant: quis erit protector meus: Quis  
auxiliabitur mihi: Quoadam: Quo pacto effugiam:  
Scio quid faciam. Ad inuisibilia me conuertam ⁊ ad-  
ducā ea p̄travisibilia. Et q̄s erit dux tā excelsi: tāq; terri-  
bilis exercitus: Spes que de inuisibilibus est. Spes in-  
quaz cōtra tristitiam veniet ⁊ expugnabit eas. Quis sta-  
re poterit cōtra spem: Audi quid dicit propheta. Tu es  
domine spes mea: altissimū posuisti refugiu tuū: Quis  
stabit contra dominum: quis expugnare poterit refugi-  
um eius: quod est altissimū: Uocabo itaq; eam. Veniet  
profecto: neq; me p̄undet. Ecce iā venit: gaudia attulit:  
pugnare me docuit: dixitq; mihi, Clama ne cesses. ⁊ aio

Quid clamabo? Dic inquit cōfidenter ⁊ ex toto corde.



**I**n te domine speravi nō confundar in eternū: in iusticia tua libera me. O mira potentia spei cuius faciem nō potuit tolerare tristitia: Jam venit cōsolatio: Clamet ⁊ obstrepet nūc tristicia cuz exercitu suo. Premat mundus insurgant hostes: nihil timeo. quoniam in te domine speravi. quoniam tu es spes mea: quoniam tu altissimum posuisti refugium tuuz. Jam ipsum ingressus sum: spes me introduxit: nō ego spudenter intraui: ipsa me excusabit coram te. ecce inquit spes. o homo altissimum refugium dei: aperi oculos tuos ⁊ vide: de⁹ solus est. solus ipse est substantie pelagus infinitum. Cetera ita sunt ac si non essent: omnia enim dependent ab eo: ⁊ nisi sustentaret ea in nihilū repēte redirēt: qz ex nihilo facta sunt. Considera potentiam eius qui in principio creauit celum ⁊ terras. Nunquid non ipse oia in oibus operatur? Quis potest mouere manus sine eo? quis potest a se aliquid cogitare? Pensa sapientiam eius: qui in trāquillitate omnia gubernat: qui omnia videt. ⁊ cuius oculis omnia sunt nuda ⁊ aperta. Dic est qui solus te liberare scit. ⁊ pōt solus solari: solus saluare. Noti cōfidere in filijs hoīum in qb⁹ nō ē salus. cor humanū in manu eius. quocunq; voluerit vertet illud. Dic est qui potest ⁊ scit te iuuare. An forte tibi est suspecta voluntas? Pensa bonitatem eius: considera dilectionem. An non ipse est amator hominum: qui pro hominibus factus est homo: ⁊ pro peccatoribus crucifixus? Dic vere est: pater tuus. qui te creauit: qui te redemit: qui tibi sēper bene fecit. Nunquid poterit pater relinquere filius suum? Proyce te in eum ⁊ excipiet: ⁊ saluabit te. scrutare scripturas. et inuenies q̄ studiosē tanta pietas te monet: vt speres ī eum: cur hoc? Nempe quia saluare vult. Quid. n. per prophetam dicit: Quoniam in me sperauit

liberabo eus. Ecce qz nulla alia causa eū liberare vult:  
 nisi quia sperauit in eus: & quid prophete: quid apostoli:  
 quid deniq; ipse apostolorum dominus predicauerunt:  
 nisi vt homines in domino sperarent: sacrificate itaq;  
 homines sacrificium iustitie & sperate in domino. & ipse  
 liberabit vos et eruet de omni tribulatione. **O** magna  
 virtus spei: nimirum diffusa est: Diffusa est enim gratia  
 in labijs tuis. **O** vere altissimum refugium tuum domi-  
 ne: ad quod malum tristitie accedere non poterit. **Hec**  
 cognoui et intellexi: ideo in te domine speraui quan-  
 tū enim peccatorum moles me grauius premit: tamen  
 desperare nescio: quia bonitas tua tā benigne ad sperā-  
 dum me prouocat: Ideo non confundar in eternū. **Po-**  
 tero quidem in tempore confundi: non tamen in eter-  
 num. spes enim que introduxit in altissimum refugium  
 tuum: nō me docuit sperare temporalia: sed eterna. **Nā**  
 spes de inuisibilibus est: que autem videntur tempora-  
 lia sunt: que vero non videntur: eterna. **Audiens** itaq;  
 ego verba spei: que me eripere de manibus tristitie ve-  
 nit: in te domine speraui cupiens ante omnia a pecca-  
 tis liberari: et per misericordiam et gratiam tuam ad  
 eterna que non videntur peruenire. **Hoc** primum de-  
 siderium meum: mea enim peccata sunt maxima tribu-  
 latio: ab hac enīz omnis alia tribulatio proficiscit. **Tolle**  
 domine peccata mea: & liber sum ab omni tribulatio-  
 ne: **Nāz** tribulatio & angustia de fonte cordis procedūt  
 omnis enīz tristitia ex amore prouenit: si amo filium &  
 moritur tribuloz: quia perdidit quod amabam. si seruūz  
 non amo & moritur: nō cōtristoz: quia perdidit quod nō  
 amabam. **Tolle** ergo domine peccata mea per gratias  
 tuas. **Quid** restat: nisi vt te ex toto corde diligas & om-  
 nia temporalia vt vana contempnas: si ergo te habeo qd  
 fidem a quo etiam id spero quod oculus non vidit nec

auris audiuit. nec in cor hominis ascendit: quid me poterit conturbare: Quicquid preter deum amiserō: perdididi quod non amo. In te itaque domine speravi quomodo spes mea sperare me docuit: ideo non confundar in eternum: quia mihi dabis eterna. Qui autem non sperat in te: sed in vanitate sua: confundetur in eternum: quia ad eternam confusione descendet. Potero quidem confundi temporaliter: et a te et ab hominibus: sed non confundar in eternum. A te quippe dum peto liberari ab angustia temporalis: et fortassis non exaudies me: confundar tunc quidem temporaliter: ut non confundar in eternum. Non enim expedit mihi: quia virtus in infirmitate perficitur. Ab hominibus vero temporaliter confundo: et preualet aduersus me quando persequuntur me: Sed hoc etiam permittitur a te: ut in eternum non confundar. Si ergo ante te mille anni sunt tanquam dies besterna que preterit: confusiones temporales libenter sustinebo: ut non confundar in eternum: sperabo in domino: quomodo spes mea me sperare docuit: et cito ab omni tribulatione liberabor. Quibus meritis liberabor: Non meis domine: sed in iustitia tua libera me: In iustitia tua dico non mea. Ego enim misericordiam quero: non meam iustitiam offero: Sed si per gratiam tuam me iustum reddideris iam habeo iustitiam tuam: Gratia enim tua in nobis est iustitia tua. Pharisei confidebant in operibus iustitie: confidebant quidem in iustitia sua: et ideo iustitie dei non fuerunt subiecti: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram deo. Iustitia autem dei apparuit per gratiam Iesu christi. etiam sine operibus legis philosophi gloriabantur in iustitia sua: et ideo non inuenerunt iustitiam tuam: quia non intrabant per ostium. fures erant et latrones qui venerant non ad salutem: sed ad perdendum et mactandum oues. Gratia ergo tua: iustitia tua domine: et gratia iam non esset si ex me

vltis daret: q̄ nō in iustitia mea: sed in iustitia tua libera  
 me a peccatis meis: vlt̄ certe libera me i iustitia tua. i. i filio  
 tuo: qui solus inter homines inuentus est iustus. Quid  
 ergo ē filius tuus nisi ipsa iustitia in qua omnes homines  
 iustificantur? In tua ergo iustitia iustifica me ⁊ libera  
 me a peccatis meis: vt liberer etiam ab alijs tribulati  
 onib⁹: quas propter ea patior. vt remota causa remonea  
 tur effectus. Ecce te domine rogavi ⁊ consolatus sum:  
 spes ita me docuit: gaudisus suz: quia i te domine speravi  
 ideo nō confundar in eternū. ¶ Tristitia redyt: cū ma  
 gno apparatu reuerfa est. gladius ⁊ lanceis vndiq; muni  
 ta est: magno impetu graditur: iam ciuitatem nostram  
 circūcinxit. Terruit me clamor equitū eius: foris stans  
 silentium indixit ⁊ p̄cul locuta est. Dingt. Ecce qui spe  
 ravit in dño: qui dixit. nō cōfundar in eternū: qui spem  
 consolatricez secutus est: ⁊ cum me ad hec verba erube  
 scere cōspexit appropiās ait. Ubi tue spei promissa: vbi  
 cōsolatio: vbi liberatio: quid tibi profuerunt lachryme:  
 quid orationes tue tibi attulerunt de celo? clamasti et  
 nemo respondit tibi: fleuisti: ⁊ quis misericordia mot⁹  
 est super te? Inuocasti deus tuus ⁊ ipse tacuit: Rogasti  
 eum ⁊ obsecrasti: ⁊ non fuit vox neq; sensus. Implorasti  
 oēs sanctos: ⁊ nullus eorum respexit te: Ecce quid tibi  
 attulerunt verba spei: Laborasti ⁊ nihil in māibus tuis  
 inuenisti. An putas quia deus hec inferiora respici  
 at? Circa cardines celī perambulat: nec nostra consi  
 derat. Dec illa blasphemans aiebat: ⁊ cum ad verba  
 eius horrescerem: appropiās in aure locuta est dicens.  
 Putas vera esse que fides predicat: Vis videre ea ho  
 minum esse cōmentā: vel ex hoc cognosce: quia si deus  
 factus esset homo: ⁊ pro hominibus crucifixus: non pos  
 set tanta pietas hominem maximo merore confectum  
 ad se clamitantem ⁊ lacrimantem non consolari. si vt  
 uiunt bonitas infinita eum de celo descendere fecit vt



crucem subiret: quomodo nunc ad homines miseros  
non descenderet vt eos consolaretur: hoc certe faci-  
lius est: & eadem pietate subueniendum. Cur angeli et  
beati si tam py sunt nō ad te cōsolandū veniunt: Quot  
putas homines si possent ad te venirent. & verbis & ope-  
ribus quantū facultas daretur te letificarent: quot eti-  
am ab omni angustia liberarent: Cur hoc nō faciūt bea-  
ti: qui longe meliores hominib⁹ eē credunt: mihi crede:  
casu omnia reguntur: non sunt nisi ea que videtur: spiri-  
tus vester euanesceat sicut fumus. quis vnquam reuer-  
sus ab inferis nunciauit aliquid de his q̄ dicunt post mor-  
tem animabus euenire: fabule sunt he muliercularuz.  
surge ergo & ad auxilia hominum confuge. solutus tali-  
ter viuas: vt non frustra ab ista tua spe decept⁹ semper  
labores. ¶ His dictis tātus clamor audit⁹ ē in castris  
eius: tantus armorū strepitus. ac tubarū clangor: vt vix  
subsistere potuerim: & nisi spes mea dilecta mihi auxili-  
um prestitisset vinculum catenis me ad suam regionem  
tristitia deduxisset. Venit itaq; spes diuino quodā splē-  
dore corrusca & subridēs dixit: Eia miles christi. quid  
tibi cordis. quid tibi animi est in isto certamine: Quod  
audiens: ilico erubui. Et illa. noli timere. non capiet te  
malum: nequaq; peribis. ecce tecuz sum vt liberē te. An  
nescis quia scriptuz est: dixit insipiens in corde suo non  
est deus: quasi vna de stultis mulieribus locuta est tri-  
sticia hec. nūquid tibi persuaderi poterit non esse deus:  
aut deum non habere prouidentia omium: An poteris  
ō fide dubitare tu: qui tot argumentis & rationibus eas  
roborasti: miror te ad eō ex eius verbis esse prostratum  
Dic obsecro: nuz in corde tuo de fide dubitare cepisti:  
Uiuat dominus & uiuat anima tua: o māter mea dulcissi-  
ma: quia nec minimum infidelitatis stimulū sensi. Naz  
per christi gratiaz non minus credo vera esse: que fidei  
sunt. q̄ ea que oculis corporeis cerno: Verum tristitia

ades me premebat. vt poti<sup>9</sup> traheret ad desperationez:  
 q̄ ad infidelitatez. Si scias hoc magnum donum esse  
 dei: nam fides donum dei est: non ex operibus: ne quis  
 gloriatur. exurge ergo: et noli timere: s; potius ex hoc co  
 gnosce: quia non reliquit te dominus: qui r̄ si non cito  
 exaudit non est desperandum: si moraz fecerit expecta  
 eum: quia veniens veniet et non tardabit. Agricola pa  
 tienter expectat fructum in tempore suo. Natura non  
 statim introducit formam: cum aliquid generat: sed pri  
 mum materiam preparat et paulatim disponit donec su  
 scepiōi faciat idonea. Scias tamen dominum semper  
 pie et humiliter orātem exaudire. Nunquā enim vacui  
 ab eo recedunt. Nec rationibus hoc probare contēdas:  
 eo q̄ in teipso hoc senseris: Dic mihi quis cor tuū ad de  
 um leuauit de terra: quis te ad orandū p̄duxit: quis do  
 lozē pctōz et lachrymas exhibuit: q̄ sp̄ dedit: q̄ te bil  
 larem in oratiōe et post eam reliquit: quis te in sancto  
 proposito quotidie confirmauit: nonne dominus: qui  
 omnia in omnibus operatur: si igitur hec tibi iugiter do  
 na largitur. cur dicit illa feminarum pessima: vbi sunt  
 oratiōes tue: vbi lachryme: et cetera verba blasphemie:  
 An nescis. quia distincta est celestis hierusalem ab ista  
 terrestri: An ignoras quia nec conueniens: nec necessa  
 rium: nec itē vtile est deus seu angelos et sanctos eius  
 visibiliter ad homines descendere: et eis familiariter lo  
 qui: ueniēs quippe nō est propter distantiaz meritoz.  
 Que enim cōuentio lucis ad tenebras: non enim bene  
 cōueniūt viatores et comprehensores: diuerse ciuitates  
 diuersos habent ciues. verū q̄busdā p̄pter excellentiā  
 sanctitatis cum sunt iaz patrie vicini: datus est angelos  
 videre. et eos alloqui: sed speciale priuilegiuz nō omnes  
 tangit: Necessarium autem non est. quia cum inuisibili  
 ter beati nos gubernent et illuminent ac cōsolentur: nō  
 est opus visibiles apparitiones adhibere: q̄ q̄ dominus

adeo bonus est vt apparitiones et visibiles cum opus fuerit nunquam pretermittat. quid enim potuit facere pro nostra salute. et non fecit: utilis quoque non est: quia nimia familiaritas parit contemptum: nam iudeis miracula et magna et multa nihil profuerunt: Rara enim preciosa sunt: Sufficiat ergo tibi inuisibilis visitatio. scit enim dominus quid opus sit tibi. An non ipse consolatus est te: Scio quid in tuo corde sensisti. Surge ergo. et adorationes reuertere: Clama: pete: quere: perseuera: quia si non dabit eo quod amicus eius sis. propter tamen impotunitatem dabit omnia que sunt necessaria. ¶ His verbis consolatus surrexi: et prostratus ante deum prosecutus suam orationem meam dicens. Inclina ad me aurem tuam et accelera vt eruas me. Domine deus meus ad te reuertor: spes me misit: non mea presumptione venio: Bonitas tua me inuitat. misericordia tua me trahit: o quanta dignatio. Gaudeo plane. nec mihi alia superest consolatio. felix profecto ista necessitas que me ad deum venire compellit. que me cogit loqui cum eo: que me urget orare. Loquar igitur ad deum meum quantumuis sim puluis et cinis. Inclina ad me aurem tuam: Quid ais anima mea: num deus habet aures: num ipse corpus est: Absit. Cum enim longe melior sit spiritus corpore: quis asserat deus esse corpus nisi insanus: Sed balbutiendo vt possumus domine excelsa tua resonamus. Cognoscimus te per creaturas. loquimur tibi et de te per earum similitudines: Auris itaque tua domine quid est: an forte cognitio tua: Nam per aures intelligimus ea que nobis dicuntur. tu autem omnia que loquuntur et cogitant homines ab eterno cognouisti: Num ergo per aurem tuam accipere possumus cognitionem tuam: Aliquid profecto insinuat mihi auris tua: quod non capitur in nomine simplicis cognitionis tue. Nam quibusdam inclinatas aures tuas: alijs vero auertis eam cognitio autem tua sepe eadem permanet. Quid ergo auris tua

nisi approbatōis ⁊ reprobatōis notitia tua. Inclinas au-  
 rē tuā ⁊ audis v̄ba iustoz: q̄ tibi placēt ⁊ approbas ea.  
 Auertis aures tuam a verbis impiorum quia ab impie-  
 tate recedere nolunt: quia tibi nō placent ⁊ reprobas ea.  
 Quid est ergo inclinare aurem tuam loquentibus tibi  
 nisi eorum orationes approbare. ⁊ eos vultu pietatis as-  
 picere: illuminare: ⁊ accendere: vt cum fiducia ⁊ charita-  
 tis feruore te orent: teq; deprecantur: Quia eis dare  
 vis quod humili pietate postulant. Nam si Rex paupe-  
 ri cupienti loqui cum eo vultum hilarem ostendat: ocu-  
 los ad eum conuertat: ⁊ attentum verbis eius se demō-  
 stre: nōne letabitur pauper nonne facies ⁊ attentio re-  
 gis eloquium ei prestabit: nōne verba ⁊ facundiam sub-  
 ministrabit. Ita domine intelligim⁹ te ad nostras pre-  
 ces tunc inclinare aurem tuam: quando nos in oratio-  
 ne spiritu feruere concedis. Rogo ergo te domine incli-  
 na ad me aurem tuam. approba orationem meam. illu-  
 mina me: accēde me: doce quod petere debeam. eleua  
 sursum cor meum vt tandem exaudias deprecationez  
 meaz. accelera vt eruas me. abbrevia dies. festina tem-  
 pus. Ita inclina ad me aurem tuaz vt cito merear exau-  
 diri. Tibi enim qui habitas eternitatem omne tempus  
 breue est: eternitas nanq; tota simul comprehendit ⁊ ī  
 immensum excedit totum tempus vniuersum: At mihi  
 quelibet dies longa est. Nam tempus est numerus mo-  
 tus qui enim motum non sentit. nec quideꝫ tempus sen-  
 tit. at qui sentit motum: ⁊ tempus sentit. Maxime autē  
 motum sentit. qui numerat partes eius: ego itaq; quia  
 numero dies ⁊ horas: maxime tēpus sentio: ⁊ ideo sicut  
 tibi mille anni tanq; dies hesternae que preteryt: ita mi-  
 hi vna dies tanq; mille āni qui venturi sunt. accelera er-  
 go domine vt eruas me a peccatis ⁊ aduersitatibus me-  
 is. Nam mors properat. ⁊ in omni loco me expectat. ac-

celera domine .ne forte preoccupatus ab ea .non habe  
am spatium penitentie .Erue me dñe de manu maligni .  
libera me de vinculis peccati .eripe me d laqueo mortis .  
Educa me de profundo inferni .salua me ab oppressione  
z dura seruitute tristitie : vt anima mea exurgat z leteat  
in te .z benedicat tibi omnibus diebus vite sue .gratias  
tibi domine per Iesum saluatorem meum : quia secundum  
multitudinem dolorum meorum in corde meo consolatioes  
tue letificauerunt animam meam . Ego igitur semper in te spera  
bo : z adyciam super omnem laudem tuam . Tu autem do  
mine inclina ad me aurem tuam accelera vt eruas me .  
**C** Deu me miserum . Ecce iteque tristitia terribilibus armis  
instructa . Vexillum iustitie precedit eam . Innumera  
bilis exercitus sequitur pedes eius . vnusquisque lanceam  
habet in manu sua vasa mortis circumquaque conspicio  
Ueb mihi quare peris . voce horribili clamat . O miser . spes  
illa tua te decepit . ecce laborasti in vanum . dixisti enim  
in clina ad me aurem tuam : accelera vt eruas me . Num  
quid inclinauit ad te deus aurem suam : numquid exaudita  
est oratio tua : vbi liberatio : vbi consolatio : num accele  
rauit eruere te : adhuc vinctus es . nihil erga te inouatum  
est : Si credis fidem esse veram : cur spem solam ample  
cteris : an nescis quia deus iustus est : an ignoras iustitias  
eius . angelis suis non pepercit . non misertus est eis : neque  
miseretur : propter vnum peccatum tantorum damnati  
sunt in perpetuum . Adas peccauit z iustitia dei totum genus  
mortem puniuit . An putas deum non ita amare iustitias  
sicut misericordiam : pueri in originali peccato deceden  
tes nunquam videbunt faciem dei : adeo enim seuera est  
iusticia dei . vt propter peccatum quod ipsi non fecerunt  
sed straxerunt eterna pena plectantur : in inferno autem nul  
la est redemptio : nescis quia deus non parcat delinquenti  
ti : Nonne tempore noe perdidit fere totum genus huma  
num : Nonne sodomam . z reliquas ciuitates ei adheren  
tes igne consumpsit : Nec iustitia diuina infantibus z innocen  
tibus

saltē compassa est. Quotiens iudeos peccātes puniuit:  
 Nonne hyerusalē per manum nabuchodonosor fundi-  
 tus euertit: Templo quoq; suo nō pepercit. Quod etiā  
 a Tito Romanoꝝ pꝛincipe factum est. vbi taz crude-  
 li animauerfione grauati sunt iudei: vt nemo: qui audis-  
 ens nō expauescat. sed vide q̄s dura sit iusticia diuina. fi-  
 ly p̄ patribus vsq; in hodiernūz diem puniuntur: ecce  
 iudei vbiq; terrarū serui sunt. Et ī cecitate sua morien-  
 tes penis cruciātur eternis. An putas quia maior sit mi-  
 sericordia dei q̄s eius iusticia: Equidez in ipso deo neq;  
 maior neq; minor est. Quicquid enim est in deo est sub-  
 stantia eius. Sed opera iusticie ⁊ misericordie cōsidera-  
 mus. Nimirū opera iusticie excedunt opa misericordie  
 Deus ip̄e testis est qui ait: multi sunt vocati pauci vero  
 electi. p̄esa obsecro quot ifideles damnant. quot mali  
 xp̄iani. q̄s pauci bene viuūt: ⁊ facile intelliges longe plu-  
 ra esse vasa iusticie q̄s misericordie. electi enim dei vasa  
 sunt misericordie: reprobi vero vasa iusticie. Non te  
 sperare faciat Maria Magdalena: nō latro: nō Petr⁹  
 nō Paulus. Maria. n. vna fuit: latro vn⁹: Petrus vnus  
 Paulus itē vn⁹: An putas te inter paucos cōnumerādūz  
 qui tot ⁊ tā magna peccata cōmisisti: qui scādalu ī ecclia  
 fuisti: q̄ celū ⁊ terrā offendisti: ecce fleuit oculus tu⁹. cor  
 tuum misericordiam implorauit. ⁊ adhuc misericordiā  
 non es cōsecutus. Tot orationes eorū qui diligebant te  
 nō fuerunt exaudite. Quare hoc: nimirū quia inter va-  
 sa iusticie cōputaris. Spes illa tua frustra te laborare fe-  
 cit. Sequere consilium meuz. celum te respuit: terra te  
 non recepit: confusionem hanc magnam quis tolerare  
 possit: melius est tibi mori q̄s viuere: elige mortem quā  
 si nullus ifert: mitte tu man⁹ ī te ip̄z. Nec illa mira ipoz  
 tunitate igerebat totusq; exercitus ei⁹ magnis vocibus  
 cōgeminabat: dicens. Mors sola refugium tuum: mors  
 sola refugiū tuuz. Ego vero hec audiens expaui: ⁊ ilico  
 in faciē cecidi eiulās ⁊ dicens. Domine adiuua me. dñe

ne drelinqs me. Spes mea ueni: spes mea ueni. ¶ Ecce subito spes de celo micās descēdit: ⁊ tetigit lat<sup>o</sup> meū ⁊ leuauit me. statuitq; supra pedes meos: ⁊ ait: vsq; q̄ puulus eris: Quādiu tyrūcul<sup>o</sup> eē uoles: toriēs in bello fuisti: ⁊ in medio ymbre mortis ambulasti: ⁊ nōdū certare didicisti: Noli turbari de magna iustitia dei. ⁊ fortare pusillanimis. Timeāt q; ad dñz nō uertunt. q; ambulāt in uis suis: q; sequūtur uanitates: q; uiam pacis non cognouerunt: paucaūt impy. qui peccāt ⁊ dicūt. Quid feci: Qui nō conuertunt ad cor: qui uocant: ⁊ uenire renuūt. ignorant deū. ⁊ nolūt intelligere: ut bene agant. hi ergo timeant: Quid dicit Apostolus: horrendū est incidere in manus dei uiuentis. Tales pfecto iustitia dei punit. huiusmodi homines ad eam spectant: At peccatores: qui ad se reuersi surgūt: ⁊ ad patres misericordiaz currunt dicentes. Pater peccaui in celū ⁊ coram te. sed ppitius esto mihi peccatori. cōfidant in dño: quia qui eos traxit proculdubio suscipiet. ⁊ iustificabit. Proferat in mediū bec ipa tristitia (si potest) aliquē peccatores quātūlibet magnū: q; ad dominum conuersus sit: ⁊ non fuerit ab eo susceptus ⁊ iustificatus. quanuis. n. de Esau scriptus sit. non inuenit penitētie locū. quanq; cuz lachrimis inquisisset eam: hoc non obstat nostre sententie: quia Esau nō fleuit propter peccata cōmissa: s; propter bona tēporalia amissa: que recuperare nō potuit. Nec putes iusticiā ita respicere impios. ut a mīa penitus separēt: nec mīaz ita ad iustos spectare: ut a iustitia seiūgātur: uniuerse. n. uie dñi mīa ⁊ ueritas. Na; ⁊ peccatorib<sup>o</sup> mīaz facit: dū eis pp bona q̄ tēporaliter agūt tēporalia dōa retribuit: ⁊ post hanc uitam eos non quantū merentur punit: electos quoq; sua iustitia psequit. dū p culpis eos tēporaliter affligit: ne penis deputēt eternis. Tu gīt patiēter interim sustine dñz. peccasti enī. penitentiā age. sufficiat

tibi remissio culpe per gr̄as eius. Sili mi. noli negligere.  
 disciplinaz domini neq; fatigeris dum ab eo argueris  
 Quē. n. diligit deus castigat. flagellat aut̄ oēm filiū quē  
 recipit. Perseuera ergo in disciplina. tanq̄s filio tibi of-  
 fert se deus. ⁊ quāuis patiri sint electi: comparatiōe eoz  
 qui reprobi sunt. Innumerabiles tñ sunt qui saluantur:  
 necyna tñ ē Maria Magdalena: nec tñ vn' latro: vn'  
 Petr': vnus Paul': quia innumerabiles secuti sunt eoz  
 vestigia penitentiā agentes: ⁊ a dōmīno suscepti: multis  
 magnisq; gr̄atie munerib' decorati. nec minor est mise-  
 ricordia i operibus suis: q̄ iustitia: nam tam magna bo-  
 na misericordia iustis prestat: vt opera ei' opa iustitiē  
 in imensū excedāt: An nescis qz misericordia dñi plena  
 est terra: Que nā creatura potest gloriari se aliquid ha-  
 bere: ⁊ nō accepisse illō a mīa: Si aut̄ grauit̄ deū offē-  
 disti maior est eius misericordia: q̄ oia peccata mundi.  
 noli turbari propter multitudinem: ⁊ grauitates pecca-  
 toruz. Nonne misericordia iā occurr̄ tibi: Nonne oscu-  
 lata est te: ecce cecidisti. ⁊ n̄ es collisus. Quare? nūquid  
 tu nō es vas fragile: quod cuz ceciderit cōterat̄ necesse  
 est: nisi quis supponat manum suaz. Quare ergo cadēs  
 nō es contritus. Quis supposuit manum suam? Quis  
 inquit nisi dominus. Signum hoc magnuz electionis  
 tue. electus enī cū ceciderit: nō collidetur: quia Domi-  
 nus supponet manum suam. Nonne scribit Apostolus.  
 Diligentibus deus omnia cōoperatur in bonū: ⁊ adeo  
 omnia: vt etiā ipsum peccatū eis cōoperetur in bonū.  
 Nonne eis ille casus cōoperatur in bonū: vnde ⁊ humi-  
 liores efficiuntur ⁊ cautiōres. Nonne dominus cadētē  
 illuz suscipit: qui ab humilitate suscipit. Dilexisti domi-  
 num. pluribus annis pro eius amore laborasti. Eleuasti  
 deinde cor tuum ⁊ in vanitate sensus tui ambulasti: sub-  
 traxit dominus manum ⁊ cecidisti ⁊ in profundū maris  
 descendisti: Ueruntamē dignatio domini. statim suppo-



sult manum suam ⁊ nō es collisus. Dic ergo. Impulsus  
euerfus sum vt caderē: ⁊ dñs suscepit me. Non sic impij:  
nō sic: quos Deus reprobauit cadentes aut nō adycent  
vt resurgāt. Sed aut pudore noxio excusāt peccata: aut  
fit eis frons meretricis: ⁊ iam non deū timēt: nec hoiez  
reuerentur. Surge itaq; ⁊ forti aio esto: cōfortare: ⁊ esto  
robustus: expecta dñm: ⁊ viriliter age: cōfortet cor tuū  
⁊ sustine dñs. pbasti virtutē tuā q̄ nulla sit. humiliare  
ergo eam sub manu potenti dei: et amodo cautior esto.  
Patiētia tibi necessaria ē. sine intermissiōe ora. ⁊ domi-  
nus exaudiet te in tempore opportuno. Surge itaq; ⁊  
omnem tristitiā a te repelle. pedes domini amplectere  
⁊ ipse saluabit: ⁊ liberabit te. His dictis rapta ē i celū me  
confortatū: ⁊ miro modo consolatus relinquens. quam  
statim ex toto corde profecur⁹ ante deū steri: ⁊ ad pedes  
mei Saluatoris puolutus cōfidenter dixi. ¶ Esto mi-  
hi in deū protectorem: ⁊ in domum refugij: vt saluū me  
facias. tu. n. deus omniū magnus ⁊ fortissimus: tu redē-  
proz ⁊ saluator vniuersozū: tu protector tuozum fidelijū  
ad te cōfugio cōfidenter. Spes me introduxit: spes quā  
tua pietate summe diligis: quā nobis semp cōmendasti:  
nō timui ante faciez tuā cū ea venire. fateor: Indignus  
sum: sed ipsa me traxit. Timebam ingredi ppter multa  
scelera mea: sed ipsa mihi fiduciā prebuit: Ecce stat corā  
te. ipsa testimoniū perhibeat: loquar ad dominū meum  
caro ⁊ peccator. Spes me docuit. dixitq; mihi. vt cōfidē-  
ter os meuz aperiam. Dulcis inquit est dominus: nō te  
repellet. non irasceat: libenter audiet: quicquid petieris  
dabit. Credidi ei propter quod locutus sum. Verū tuaz  
maiestatez cōsiderans humiliatus sum nimis: ⁊ dixi in  
excessu meo. omnis homo mēdax: nō cōfidā in homine  
in eternū. Sed in te solo: Quia tu solus fidelis in oibus  
verbis tuis: omnis autem homo mēdax. Quid retribuā  
tibi domine. pro omnibus que retribuisti mihi: Calicez

salutaris accipiam. quia amodo non mihi: sed tibi viuas  
 pro tuo amore benefaciens omnia mala tolerabo. non  
 mea virtute hoc faciã: sed nomẽ domini inuocabo. Uota  
 mea reddam coram omni populo tuo. quia preciosa est  
 in spectu dei mors sanctorũ ei⁹. Esto ergo mihi in deũ  
 protectorez. defende me ab inimicis meis. Inimici mei  
 sunt peccata mea. que iustitiam tuaz prouocant contra  
 me. Nõ potero stare contra eam. nisi pregas me: miseri/  
 cordia tua sit scutũ meũ domine. vt scuto bone volunta/  
 tis tue corona me. Nõ habeo quid offerã ei: quo furore  
 ei⁹ teperare possim. omnia que mecũ porto me accusant  
 offerã ergo te domine: ne indigneris domine de⁹ meus.  
 Sed magis esto mihi in deuz protectore. Sub alis tuis  
 prege me. Scapulis tuis obumbra me: ⁊ sub pennis tuis  
 sperabo. Quid faciet mihi iustitia si sub tua protectione  
 me custodies: Obmutescet dñe. ⁊ gladiũ furoris sui re/  
 portabit in locũ suũ. mitis efficiet videns pietatẽ incar/  
 nationis tue: cõspiciens vulnera passionis tue: cernens san/  
 guinẽ caritatis tue: recedet a me ⁊ dicet. letare fili iueni/  
 sti. me. comede in pace in id ipz dormi ⁊ regesce. esto ita/  
 qz mihi dñe i deũ ptecore ⁊ in domũ refugy vt tpe plu/  
 uiarũ ⁊ procellaz. tpe tetationũ confugiã ad te: ga in te  
 solo sal⁹ mea: sis mihi tu dom⁹ refugy. Aperi mihi latus  
 tuũ lancea perforatũ: vt ingrediar pectus tãte pietatis  
 in quo salu⁹ sis a pusillanimitate spũs: ⁊ tepestare. absco/  
 de me in tabernaculo tuo: in die maloz. prege me in ab/  
 scõdito tabnaculi tui: sit Dom⁹ refugy mei ineffabilis pie/  
 tas tua. vt saluũ me facias. Nõ. n. potero nõ saluus esse  
 in domo refugy tui. altissimus. n. posuisti refugiu tuum.  
 Munitus est locus iste. nullus ibi timef hostis. vtinã  
 semp in eo manere liceret. Qui bitat in eo vulnerari nõ  
 potest. ad omnẽ igit tentationez: ad omnẽ tribulationẽ.  
 ad omnẽ deniqz cuiuscũqz necessitatez aperi mihi domi/  
 ne domũ refugy tui. Expande sinũ pietatis tue: pateant

viscera mēe tue vt salnū me facias: nō accedet illuc tēra  
tor: nō calūniator ascēdet: nō pessim<sup>o</sup> frat<sup>r</sup>z accusator at  
tinget: secur<sup>o</sup> cro: nā pene mihi video: secur<sup>o</sup>. Hās tibi  
bone Iesu quia spē tuā ad me misisti: que me de puluere  
suscitauit: z de stercore erexit. Statuitq; me coraz te. vt  
sis mihi in deum protectorē. z in domum refugij. vt sal  
uū me facias. ¶ Anima mea turbata ē. En adest tristi  
tia. cuz vexillo iustitie venit. ab besterno conflictu non  
recedit: alyz tamen armis munita est: nā arma mihi hac  
nocte subzipuit: gladyzq; meis milites suos accinxit. In  
ermis ergo z infirmus quid faciā? En q̄s procaciter cla  
mar: quanto impetu me aggreditur: quantū confidit de  
victoria. vbi inquit est protector tuus: vbi domus refu  
gy: vbi sal<sup>o</sup>? Adhuc pmanes ī fidntia tua vana: Cōsola  
tiones ille tue de imaginatiōe procedūt: fingis tibi deū  
propitiū. z protectorē tuū z domū refugij tui. z putas te  
in celum conscendisse. Illuderis pfecto a fantasia tua.  
z vana spe cōsolaris. An putas te vsq; ad tertiū celū fuis  
se raptū? Somnia sūt hec. Recordare obsecro q̄s graue  
peccatuz sit ingratitudo. Nōne hec fontē misericordie  
exiccat: Memor esto dñm fleuisse sup ciuitatē hyeru  
salē. z ei mala vētura pñuciāsse dicēs. Quia veniēt dies  
in te. z circumdabūt te inimici tui vallo. z circūdabūt te:  
z coāgustabūt te. z ad terrā psternēt te. z filios tuos q in  
te sūt. z nō relinqnt ī te lapidē sup lapidē. Cāmzq; tātoz  
malozum non tacuit. sed eam subiungit dicens. Eo q  
non cognoueris tēpus visitatiōis tue. Ecce quia ingra  
titudo nō modo priuari beneficicio: sed etiā grauiter pu  
niri meretur: nunquid hoc ad animaz nō spectat? Nōne  
anima in scripturis per hierusalēz sepius significatur:  
que duz non vult cognoscere visitationē domini: circum  
dat a demonibus z varijs tentationibus: quibus angu  
stiatā cadit. ad eterna psternit. nec in ea virt<sup>o</sup>. aut bonū  
opus relinquitur: quod nō destruat. omni. n. gratia p̄


uatur: nec de cetero restauratur: quia non cognouit tēp<sup>o</sup>  
 uisitationis sue. Tu profecto, tu inquam es hec ciuitas  
 plurib<sup>9</sup> & magnis beneficis a deo decorata, & nō cogno-  
 uisti ea: sed ingratus fuisti. Ipse te ad imaginē suaz crea-  
 uit. In medio ecclie; nō iter infideles te genuit. In florida  
 ciuitate te posuit aq̄ baptisimi te sc̄ificauit: i domo reli-  
 giosa te enutriuit. Tu aut̄ post cogitatōes tuas cu curri-  
 sti: i uanitate sensus tui ābulasti: i pfūdū pctōz deuēisti:  
 dñs te uocabat, & n̄ respōdebas ei. Sepe te monuit: & oī-  
 liū eius neglexisti. Quotiēs te illuminauit: quotiēs te ad  
 cor̄ uertit: quotiēs de somno excitauit: Inuitabat te, &  
 tu excusabas, trahēbat, & tu resistebas ei. Tādē uicē  
 pietas iēffabilis & imensa. Tu peccasti & ipse te uisitauit  
 Tu cecidisti, & ipse te erexit. Tu ignorasti, & ipse te doc-  
 uit. Tu cecus fuisti & ipse te illuminauit. A strepitu mū-  
 di: a tēpestāte pelagi: te ad getē & portū religiōis pduxit:  
 habitū sancte cōuērsationis dedit, sacerdotē suū te esse  
 uoluit, ad gymnasiū sue sapiētie adduxit. Ingratus tū  
 semp fuisti, & negligēter opus dei fecisti. Cū tamē scires  
 scriptū esse, Maledictus q̄ fecerit opus dei negligēter.  
 Nec sic pietas diuina te reliquit, Sed semp ad melio-  
 ra benigne pduxit, & quod maximū est: te sciētia scriptu-  
 rarū ornauit: sermonē predicationis in ore tuo posuit: &  
 quasi vnū de magnis uiris in medio populi te cōstituit:  
 Tu aut̄ alios docuisti, & te ipsum neglexisti, alios cura-  
 sti: & te ipsum nō saluasti, eleuasti cor tuū in decore tuo, &  
 ideo perdidisti sapiētia tuā in dedecore tuo. Nihil fa-  
 ctus es, & nihil eris in ppetuū. An ignoras qz seruus sci-  
 ens uoluntatē domini: & nō faciens uapulabit flagellis  
 multis: An nescis quia deus sup̄bis resistit: Quomodo  
 cecidisti lucifer: q̄ mane oziebaris: qui vulnerabas gen-  
 tes: q̄ dicebas in corde tuo in celū cōscendā: Uerūtāmē  
 in infernū detraheris in pfūdū laci. Subter te sternet̄

linea. et operimentū tuū erunt vermes: An putas nūc i-  
uenire misericordiā. q̄ scandalizasti plurimos: q̄ totiens  
a deo vocatus et monitus respōdere noluisti: Ubi esset  
iusticia dei: vbi egas iudicy: Non semp̄ prosequit̄ mi-  
sericordia peccatorē. terminos sibi statuit. Nonne scri-  
ptum est. Vocauī et renuistis. expandi manus meas et  
nō fuit qui aspiceret: despexistis omne consiliū meum:  
et increpatōes meas neglexistis. Ego quoq̄ in interitu  
vestro ridebo: et subsanabo eum vobis id quod timeba-  
tis aduenerit. Ecce q̄z nō semper mīa peccōri dat veniā.  
An nō cōsideras gradus mīe in te finē habere: q̄ tot be-  
neficijs a deo honoratus in pfundū pelagi cecidisti: q̄  
tot gratijs ornat⁹ ob tuā supbiā et inanē gliaz scādalum  
fuisi orbi terraz: Nō te itaq̄ decipiat spes vana: quas  
sequeris: viue amodo vt libet: noli in hac et in alia vita  
penis ifernalib⁹ cruciari. Elige habitare cū his q̄ ducūt  
in bonis dies suos. et in puncto ad iferna descēdunt: nec  
pudor te detineat. fac frōtē meretricis. comedam⁹. et bi-  
bam⁹. cras. n. moriemur. Desperata ē plaga tua: et ifanabil⁹  
facta ē. Nec cū dixisset: tot⁹ exercit⁹ vocib⁹ tremēdis vlti-  
labat. et vba ei⁹ repetebat dicēs. Desperata ē plaga tua et  
ifanabil⁹ scā ē. ¶ Ego vō meōz admonitionūz mīis mee  
q̄uis aliquātulū aīo deiecit⁹ p virib⁹ erexi me. et steti sup  
p pedes meos: eleuās oculos ad celū vñ auxiliū expecta-  
bā. Et ecce spes hylari vultu splēdorib⁹ diuinis ornata.  
de alto descēdēs ait. Que ē ista que inoluit sentētias ser-  
monibus iperitis: que posuit terminos mīe: que infinitū  
vult finire: q̄ aq̄s maris in manib⁹ portare se credit: An  
nō audisti dñz dicētē. In q̄cūq̄ die igemuerit peccōr: oī-  
ūz iniquitatū ei⁹ nō recordabor: Quis ē hō qui nō peccat:  
Quis pōt dicere mūdū ē cor meum: ad oēs. n. oīo dñica  
spectat. In q̄ oēs hoīes dicere p̄pellunt. Dimitte nobis  
debita nra. Ziplos hoc mō dñs orare docuit. nūqd̄ ḡ ad  
ceteros hoīes bec oīo nō p̄tinebit: nōne aplī p̄mitias spi

rit' acceperunt: Cur aut' docuit eos Dñs sic orare: si pctm̄  
 nō hēbāt: & si habebāt q̄s poterit gliari se pctōrē nō eē:  
 Audi dilectū discipulū dñi. Si dixerimus ingt qz pctm̄  
 nō habem': nos ipsos seducim': & veritas in nobis nō ē.  
 Jacobus Aplus in multis ait offendim' oēs. Dēs ḡ pec  
 cauerūt: & iugiter egēt mīa dei sancti dei hoies. Scriptū  
 est enīz. septies in die cadit iustus & resurget. Nō ḡ mīa  
 terminos hz: s; quotiēscūq; peccator igemuerit mīa pre  
 sto erit. Nec interest vtrū de magnis aut de puis pctis lo  
 quamur. Cecidisti. surge. & mīa te suscipiet. Corruisti. cla  
 ma & mīa ad te veniet. itez cecidisti: itez corruisti. uer  
 tere ad dñm & viscera ei' pietatis tibi patebūt. Cecidisti  
 corruisti tertio & q̄rto: plāge. mīa te nō derelinquet. quo  
 tiēs peccas totiēs resurge: & mīa finem non habebit. vt  
 quid improperas bñficia accepta o feminaz pessima tri  
 stitia: An nō David ppheta maxīm' magna & mlta bñ  
 ficia accepit: de quo dixit dñs. iueni viz scōz cor meū. &  
 tñ peccauit. & qdē grauiter tā i adulterio q̄ i homicidio  
 iusti viri & inocētis: nec tñ dñs suā mīaz i eo termiauit.  
 Quid supbie pctm̄ adducit: Nōne ipse David eleuauit  
 cor suū & numerare fec̄ pplz isrl: gl'abat. n. q̄si Rex ma  
 gn' & potēs in v̄tute sua: nec tñ ob B reprobat' ē. Quare:  
 Qz pctm̄ suū nō abscondit: nō illud pdicauit sic sodoma:  
 s; dixit. Cōfitebor aduersuz me i iustitiā meā dño: Nisi  
 cordia itaq; nō sibi terminos posuit: sed reprobis statuūt  
 sibi fines: vt ad eos nō transeat. nam vsq; ad terminos  
 eozū vadit: sed ipsi repellunt eam; Dinc scriptū est. Per  
 ditio tua ex te israel: ex me tātūmodo auxiliū tuū. Spi  
 os tuū igt misericordia. & implebo illō. expāde sinū tuū. &  
 dabo tibi mensurā bonam & coagitatam & supereffluent  
 tem. Persiste in orationib' & fletu. quia qui cepit te di  
 ligere. & bñficijs gratijsq; ad suū amozez prouocare. nō  
 deficiet. Sed magis perficiet opus suū: que nam causa  
 naturalis icipit opus vt in medio itineris desistat: Vir

tus feminis non cessat donec fructus ad perfectionem  
pducatur, que auis relinquit pullos suos anteq̄ seipso  
regere valeant; Cur hoc faciunt: que utilitas ex hoc pro  
uenit illis: Nulla profecto. Sed tantum labor. Amor  
igitur cogit causas naturales suos effectus ad perfectū  
deducere. bonitas compellit eas: quam cupiunt diffun  
dere: bonum est enim sui ipsius diffusiuū. Si hoc faciūt  
creature: Quid faciet creator: Ipse enim amor est: ipse  
bonitas infinita. An non perficiet opus suuz: Audi do  
minū Iesuz, Mea iquit volūtas ē. vt faciā volūtatē ei⁹  
qui misit me vt perficiam opus eius: Qui igitur cepit te  
amare: te suis beneficis: ⁊ gratis attrahere. te a peccati  
mundare proculdubio perficiet opus suuz: hec enī sūt  
preparatiōes eterne vite: Cur igit nūc cadens nō est col  
lisus: Nonne quia dominus supposuit manū suā: ⁊ qua  
re supposuit manus suas: quare conuertit ad se cor tuū:  
Cur te ad penitentiam prouocauit: Cur consolatus est  
te: Nonne vt te munder: ⁊ gratia sua dignuz faciat ⁊ ad  
vitā eternaz perducatur: Non sunt he illusiones aut ima  
ginatiōes tue: S; diuine ispiratiōes: S; esto imagina  
tiōes sint. Nōne bōe sūt: Nōne de fidei v̄tute pueniūt:  
Cū itaq; oē bonum a deo sit: vtiq; sunt he imaginatiōes  
diuine illuminatiōes. Exulta ergo i v̄bis istis. ¶ Ad hec  
verba a deo confortatus est cor meuz: q̄ pre gaudio psal  
lere cepi dicens. Domin⁹ illuminatio mea ⁊ salus mea  
quem timebo: Dominus protector vite mee: a quo trepi  
dabo: ⁊ ad pedes domini cuz lachrymis prouolutus di  
xi: Domine si cōsistant aduersum me castra: non time  
bit cor meum. Quonīaz fortitudo mea ⁊ refugiū meuz  
es tu ⁊ propter nomen tuū deduces me ⁊ enutries me.

¶ Explicet expositio vel meditatio S̄ris Hieronymi  
Sauonarole Serariēsis sacri ordinis p̄dicatoꝝ i psalmū.  
In te dñe sp̄avi ⁊c. quā morte p̄uēt⁹ explere nō potuit.





MARTINVS EISENGREIN,  
S. Theologie Doctor, Protonotarius & Comes Pa-  
latus Apostolicus & Cæsaræus Cathedralis Pas-  
sauerensis & Oettingensis Ecclesiæ Præposi-  
tus, Confiliarius Bavaricus, & Academiæ  
Ingolstadien: Vicecancellarius.





Fragment of a green label with some illegible text and a dark brown stain.

8 Inc. lat.  
79